autē deſideria fuge: ſectare uero iuſ
ticiā. fidē. caritatē. pacē cū hijs qui
inuocant dñm de corde puro. Stul
tas autē ⁊ ſine diſciplina q̄ſtiones
deuita: ſciens q̄a generant lites.
Seruū autē domini nō oportet liti
gare. ſed manſuetū eſſe ad oēs. doci
bilē. pacientē. cū modeſtia corripi
entē eos qui reſiſtunt ueritati. ne
quando det illis d̄s penitenciā ad
cognoſcendā ueritatē: ⁊ reſipiſcant
a dyaboli laqueis a quo tenentur
captiui ad ipſius uoluntatē. III

Hoc autē ſcito quod in nouiſſi
mis diebus inſtabunt tēpa
p̄iculoſa: et erunt hoīes ſeipſos
amantes. cupidi. elati. ſuꝑbi. blaſ
phemi. parentibꝰ inobedientes. in
grati. ſceleſti. ſine affectione. ſine
pace. criminatores incontinentes.
inmites. ſine benignitate. prodito
res. ꝓterui. tumidi. uoluptatum
amatores magis quā dei. habentes
ſpeciē quidē pietatis. uirtutē autē
eius abnegantes. Et hos deuita.
Ex hijs enim ſunt qui penetrant
domos. ⁊ captiuas ducunt muli